tus cordiū) q; sicut viuit corpus p̄ animā ita aia p̄ christū (psallimus tibi
in conspectu angelorum votis) .i. precibus vel corde vel ore z voce. z (da
mus melos) id est melodias (vocibus) nostris (concrepando) id est reso
nando (alternantes) id est vocibus deuotis decantantes.

Collaudamus venerantes omnes celi milites. sed p̄ci
pue primatem celestis exercitus michaelem in virtute conte
rentem zabulon

¶ Nos bene (collaudamus oīes milites) id est angelos (celi. sed p̄cipue
primatem celestis exercitus) scz (michaelē conterentez zabulon) .i. dyabo
lū (in virtute) sc̄e crucis. Michael interp̄tatur q̄s est vt deꝰ. vt dt quis est
ita fortis vt deus noster q̄ creauit nos ad laudandum se. scilicz christum.
Per hoc nomen michael ostendit q̄ nullus p̄t facere quod deus facit.

Quo custode procul pelle christe pijssime omne nephas
inimici mundo corde et corpore paradiso redde nos sola cle
mentia

¶ Quo custode) scz michaele. o (christe pijssime) id est fortissime (procul
pelle) .i. abijce longe (oīe nephas) .i. omne peccatū (inimici) id est dyabo
li. z (redde nos sola) vel sancta (clementia paradiso) id est in requiez. nos
dico (mundo corde z corpore) .i. tuoꝝ opeꝝ exhibitione

Gloriā patri melodis psonemus vocibꝫ. gloriā xp̄o cana
mus gloriā paclito. q̄ trinus z vnus deus extat ante secula

¶ Et quo custode scz michaele ipse expellit a nobis omne nephas inimici
et facit nos mūdos corde z corpore. ideo (personemus gliam patri melo
dis) id est vocibus vel dulcibus melodijs. vt sit ablatiui casus (canamus
gloriam christo) id est eius filio. z canamus silirer eadez qualitate (gloriā)
sc̄o ad laudem z honorem (paraclito) .i. spiritui sancto (qui extat) id est ma
net (deus trinus) in personis. et (vnus) in vnitate substantie (ante secu
la) id est ante omnia secula. Amen.

Christe sanctorum decus angelorum rector humani
generis et autor nobis eternuz tribue benignus scan
dere celum

¶ O (christe decus sanctoꝝ angeloꝝ) sanctoꝝ dico ad differentiam malo
rum Et nota q̄ autor facit hic inuocationem ad singulos angelos (rec
tor) es (humani generis z autor) tu (benignus tribue nobis scandere)

Per totum annum xli

id est ascendere (celum) id est regnum eternum

¶ Angelum pacis michael ad istam celitus mittas rogita/
mus aulam nobis vt crebro veniente crescant pspera cuncta

¶ Rogitamus mittas celitus) id est de celo dirigas (ad istam aulam). i. ecclesiam (michael angelum pacis) qui nos placat deo. quotiens magna nunciantur nobis a deo michael mittitur. quādo vero maiora gabriel mittitur. vt marie z zacharie et ad medelam raphael mittitur. vt thobie. raphael interptatur medicina. ad hoc ergo mittat (vt cuncta pspera crescant veniente) michaele angelo dei (crebro). i. frequenter.

¶ Angelus fortis gabriel vt hostem pellat antiquuz volitat
ab alto sepius templum veniens in istud nostri misertus

¶ Gabriel interptatur fortis angelus. id est fortitudo dei. p quem intelligitur q fortis fuit z potens ad deu incendum fortitudinem dyaboli p virtutem sancte crucis. z (gabriel fortis angelus volitat) id est volat (ab alto) celi (vt pellat antiquuz hostem) id est dyabolum. gabriel dico (veniēs sepius in istud templum) id est ecclesiam (misertus nostri)

¶ Angelum nobis medicum salutis mitte de celo raphael
vt omnes sanet egrotos pariterq nostros dirigat actus.

¶ O christe (mitte nobis angelum raphael medicum salutis) supple nostro. raphael em interptat medicina dei. z significat christum iesum q tulit nobis de celis medicum. id est portauit nobis medicinam de celo. scilz spiritussancti. cuius gratia mundati sumus ab omni peccato. et liberati ab hoste antiquo (vt sanet) id est curet (omēs egrotos) in mente. et (dirigat actus nostros) id est nostras operationes prauas ad bonam operationez

¶ Hinc dei genitrix maria totus et nobis chorus angelorū
semper assistat simul et beata contio tota

¶ Hic facit inuocatiōem marie z etiam angelorū dicens. O (maria genitrix dei) nostri. z (totus chorus angelorum assistat semp) id est omni tempore (nobis) omnibus (z tota contio beata) id est exercitus angelorum nobis assistat simul omnibus diebus. vt isti intercedant pro nobis

¶ Prestat hoc nobis deitas beata patris ac nati pariterq
sanctispiritus cuius reboat in omni gloria mūdo Amen.

¶ Beata deitas) scilicet patris dei omipotentis (ac nati) id est filij. z (spiritussancti prester) id est tribuat (nobis pariter) hec supradicta. gloria

Expositio hymnorum

(cuius spiritus roborat) id est psonet (in omni mundo Amen.)

O Criste redemptor omnium conserua tuos famulos
beate semper virginis placatus sanctis precibus.

¶ Hic facit inuocationem ad omnes ordines angelorum. & deprecatur eos
vt ipsi assint nobis & a nobis omnia vitia repellãt. & nos purificatos cor
de & corpore & opere ad celestia regna perducant. O (criste redemptor
omnium) scz fidelium (conserua tuos famulos) qui tibi famulant. tu dico
(placatus sanctis precibus beate virginis) scz marie

¶ Beata quoq; agmina celestium spirituum presentia futu/
ra mala pellite.

¶ O beata agmina celestium spirituum) scz angelorum (pellite quoq;) si
militer (presentia mala) id est vitia. & (futura) a nobis

¶ Vates eterni iudicis apostolicq; domini suppliciter expo/
scimus saluari vestris precibus

¶ Vates) .i. vos pphete (eterni iudicis) id ẽ christi. o (apostoli domini. expo/
scimus) id est deprecamur (suppliciter saluari vestris pcibus)

¶ Martyres dei inclyti confessoresq; lucidi vestris oration
bus nos ferte in celestibus.

¶ O (martyres dei inclyti) id est nobiles et electi. & (confessores lucidi)
id est casti (ferte nos in celestibus) sc̃ regnis (vestris orationibus

¶ Chorus sanctarum virginũ monachorum omniuq; sumu
cum omnibus consortes christi facite

¶ Chorus sanctarum virginum & omnium monachoruq; facite nos chri
sti consortes) id est participes celesti regni (cum omnibus) sanctis

¶ Gentem auferte perfidam credentium de finibus vt chri/
sto laudes debitas persoluamus alacriter

¶ Auferte) .i. remouete (gentem pfidam) .i. infidelem (de finibꝫ creden/
tium) & ad quid (vt psoluamus alacriter) .i. iocose (xp̃o laudes debitas)

¶ Gloria patri ingenito eius vnigenitoq; vna cũ sanctospi
ritu in sempiterna secula Amen

¶ Gloria) .i laus. sit (ingenito eiusq; vnigenito) .i. filio iesu xp̃o dño nr̃o.
(vna) .i. pariter (cũ sanctospũ in sempiterna secula Amen.)

Per totū annū xlij

Esu saluator seculi redemptis ope subueni dei genitrix salutem posce miseris

¶ Hymnus iste continuatur superiori sic ita dixi. o christe conserua nos famulos. z bene debes. qz redemisti nos Et hoc est qđ dr. O (iesu saluator seculi. subueni) id est succurre (redemptis ope) scilicz tuo auxilio. o pia (dei genitrix posce) id est impetra (salutē) sc̃ animaz (miseris) sc̃ nobis

Cetus omnes angelici patriarchaz cunei z prophetarum merita nobis precentur veniam

¶ Construe O (omnes angelici cetus) id est omnes societates seu exercitus (cunei) id est chori (patriarcharum z merita prophetarum. precentur) id est postulent vel impetrent (nobis veniam) id est indulgentiā peccatorum.

Baptista christi precuius et clauiger ethereus cum ceteris apostolis nos soluant nexu criminis

¶ Construe (Baptista) ioannes (precuius) id est precursor christi. (et clauiger) scz petrus (ethereus) id est celestis (cum ceteris apostolis soluant nos a nexu criminis) id est a vinculis peccatorum.

Chorus sacratus martyrum sacerdotum confessio et virginalis castitas nos a peccatis abluant

¶ Construe (Sacratus chorus) id est sacer cetus (martyrum. z confessio sacerdotum) id est iustorum (z castitas virginalis) id est virginum (abluant nos a peccatis)

Electorum suffragia omnesqz ciues celici annuant votis supplicum et vite poscant premium

¶ Construe (Suffragia) id est patrocinia (electorum. z oēs celici) id est celi ciues) id est angeli (annuant) id est faueant (votis) id est precibus (supplicum) id est humilium (et poscant) id est impetrent (premiuz vite) sc̃ eterne

Laus honor virtus gloria deo patri et filio sancto simul paracito in sempiterna secula Amen.

¶ Construe (Laus) id est cōmendatio (virtus honor gloria) sint (deo patri z filio sunt sancto paracito in sempiterna secula.

Expositio hymnorū

Rex christe martini decus hic laus tua . tu illius tu nos in hunc te colere in ipsum quin tribue

Autor iste cōmendat z laudat deū de puersatione z habitu beati martini. qz hic pauper z modicus celū diues ingredit. qz p pfessionem trinitatis triū mortuoz corpa quoz aīe detinebant clause in inferno suscitare supmeruit. rogat itaq; dominū iesum christū vt sicut p cōfessionē sancte trinitatis tres mortuos suscitauit ab inferno . ita suscitet nos a peccato. z sicut induit pauperez pre sue clamidis sic nos induat iustícia Et hoc est qō dr O (christe rex) ererne (decus) . i. honor (martini. hic) scz martinus . sc̄ est (tua laus . tu) sc̄ es laus (illius) scz martini (tu tribue nos colere) id est honorare (hunc) sc̄ martinū (in te. quin) . i. insup sc̄ tribue nobis tecolere (in ipsum) sc̄ martinum

Qui das p orbis cardines q gēma fulget pīsulū . da quos premunt culpe graues. soluat per ingens meritum.

Cōstrue Tu (q das q gēma) . i. refulgentia (pīsulū fulget) . i. splendet (p cardines) . i. p angulos (orbis) . i. mundi (da) . i. pcede. vt martin⁹ (soluat quos graues culpe) . i. criminalia peccata (pmunt) . i. ledunt (p ingēs meritū) id est magnum meritum

En pauper hic z modicus celū diues ingreditur . celi coortes obuiant lingue tribus ouant

Construe (En) . i. ecce (hic) scz martin⁹ (paup) scz in operib⁹ suis (z modicus) scz in psona corpis z in puis diuitijs (diues) scz in p̄tuib⁹ exeundo de mundo (ingredit celū . cohortes) . i. exercitus (celi obuiāt) sc̄ ei. (lingue) . s. hoīes (trib⁹) israel. s. iudei (ouāt) . i. applaudāt

Ut vita fulget transitus celis z aruo splendidus . gaudere cunctis pium est . cunctis salus sit hic dies

Cōstrue (Vt) p sicut (vita) illi⁹ (fulget) . i. splendet. sic (transitus) . i. obit⁹ ei⁹ (splendid⁹) sc̄ ē (celis) . i. in celis (z aruo) . i. in terra seu mūdo. z ides. qz fulget (piū est) . i. dulce (cunctis) . i. oīb⁹ (gaudere) . i. letari. z (hic dies) . i. hoc festum (sit salus cunctis) sc̄ hominibus

Sit trinitati gloria martinus vt confessus est . cuius fidez per opera in nobis et ipe roboret.

Construe (Gloria sit trinitati) scilicet patri z filio z spiritui sancto (vt) p sicut (martin⁹ pfessus ē) scz fide et ope (cui⁹) sc̄ martini (fidē

dē pfessionē verā (z ipe) dey (roboret in nob) sc hoīb (g opa) .s. bona

In Artine par apostolis festum tuū colentes foue q vi/
uere discipulis vis aut mori nos respice

¶ In hoc hymno cōmēdat autor beatū martinū p pstantiā fidei ei⁹ quā habuit in suscitatōne triū mortuor quē in hoc cōpat apostolis. Et hoc ē qđ dr O (martine par apostolis) .i. eēlis in resuscitatōne triū mortuor. q: tres mortuos suscitauit vt apostoli Et q: globi ignei .id ē spiritussan ctus descendit sup eū. tu (foue nos) .i. resuscita a peccato (colentes tuum festū q vis viuere aut mori discipulis) id est ad vtilitatē discipulor. quia nec mori timuit nec viuere recusauit. vñ ipe effundēs orōnem apō dīm ait O dne si adhuc populo tuo sum necessarius. nō recuso laborem. fiat voluntas tua. q: nec viuere nec mori recusasti. ideo (respice nos) vt tuis meritis mundi corde z corpore existentes aulā celi ingredi mereamur. si/cut fecisti in tempore tuo plātos ecclesie famosos.

Fac quod olim gesseras nunc. presules clarifica. auge de/
cus ecclesie. fraudes relega sathane.

Oōstrue (Fac) sc nos eē iustos (nunc) .i. in psenti (quod gesseras) id est feceras (olim) sc pdicando (clarifica) id est illumina. nūc (psules) id est plātos (auge decus ecclesie. relega) id est frange z repzime (frau/des sathane) id est dyaboli aduersarij nostri.

Qui ter cabos euiceras. mersos reatu suscita. diuiseras vt
clamidem nos indue iusticiam

Oōstrue (Qui euiceras) id est euacuasti (chaos) id est infernū (ter) id est tres mortuos suscitasti z tu q ter intrasti infernū resuscitando tres mortuos (suscita mersos reatu) id est culpa pmi parentis z pria (vt) .p sicut (diuiseras clamidē) pauperi. sic (indue nos iusticiā)

Ut spiritualis glozie quondam recozderis tue monastico
nunc ozdini iam pene lapso subueni

Oonstrue O martine (subueni) id est succurre (monastico ozdini) id est ozdini monacho z (iam lapso) id est relapso in peccatis (pene) .i. fere. et ad qđ (vt recozderis quondā spūalis vel spiritalis glozie tue.

Exultet celum laudib resultet terra gaudijs aposto/
lorum gloria sacra canunt solennia

¶ In hoc hymno facit autor inuocatōem ad apostolos vt ipi pro nobis exultent et suis precibus a nobis vicia repellant vt ipi cum veniunt

ad iudicium non pro reatu puniant. sed compotes eternis gaudijs fa-
ciant. Et nota q̄ dies iudicij non dicitur ideo q̄ tunc sit dies. sed ap-
parebunt nobis omnia sicut in die Et hoc ē qđ dr (Celum) id est celestis
curia (exultet) id est gaudeat (laudibus. terra) id est terreni. scz homines
(resultet gaudijs) scz (canunt) id est laudant (sacra solennia) id est solem-
tates (gloria apostolorum

¶ Vos seculi iusti iudices et vera mundi lumina votis preca
mur cordium audite preces supplicum

¶ Construe (Vos) apostoli iusti iudices (seculi) pro seculi (et vera lu
mina mundi) quia totus mundus illuminatur eorum predicatone (pre-
camur vos votis cordium) id est precibus cordis (audite preces supli-
cum) id est humilium.

¶ Qui celum verbo clauditis seraseq̄ eius solvitis nos a pec
catis omnibus soluite iussu quesumus

¶ Construe (Qui clauditis) scz peccatoribus (celum verbo) id est
sermone (q̄) p et (solvitis) scz hominib⁹ (seras) id est infirmitates (eius.
quesumus) id est p̄camur (vos soluite) id est absoluite (nos a peccatis
oīmbus. iussu) id est precepto christi

¶ Quorum precepto subditur salus et languor omnium sa-
nate egros moribus nos reddentes virtutibus

¶ Construe (Precepto quor̄) scz apostolor̄ (salus) id est sanitas (et lan
guor) id est infirmitas (omniū) sc̄ hoim. subdit (sanate egros) id est pec
catores (moribꝫ) id est prauis cogitatōnibꝫ (reddentes nos virtutibꝫ)

¶ Ut cum iudex aduenerit christus in fine seculi nos sempi
ternis gaudijs faciat esse compotes

¶ Et rogamus. vos scz ap̄los (vt cū christus) sc̄ existēs (iudex aduene
rit in fine seculi faciat nos) scz hoies (eē cōpotes sempiternis gaudijs)

¶ Eterna christi munera apostolorum gloria laudes
canentes debitas letis canentes mentibus

¶ Hymnus iste p̄tinuat superiori. scz exultet celū laudib⁹ tē (Nos ca-
nentes debitas laudes) christo in honore ap̄lor̄ (canam⁹ letis mētib⁹) id
est iocosis ad gloriā illor̄ (eterna christi munera) id est inenumerabilia.

¶ Ecclesiarum principes belli triumphales duces celestis
aule milites et vera mundi lumina

¶ Construe Isti scilicet apostoli. sunt (principes) id est pontifi-
ces (ecclesiar̄) isti sunt (triūphales duces hūi) id est triūphātes. isti st̄

Per totū annū xliiij

milites celestis (aule) id est palacij. z sunt vera mundi lumina. quia pdi/
catione illorum illuminatus est mundus

¶ Deuota sanctorum fides. inuicta spes credētium. perfecta
christi charitas. mundi triumphat principem.

(F)Ides deuota sanctor (id est obedientia (inuicta spes credentiū) sc̄ ho
minū (pfecta christi charitas) id est amor (triumphat) id est superat (pn
cipem mundi) id est dyabolum. vnde Job xli. Venit pnceps huius
mund. z in me non habet quicq̄

¶ In his paterna gloria. in his voluntas spiritus. exultat in
his filius. celum repletur gaudijs

(P)aterna gloria) id est pater in diuinis (exultat in his) scz apostolis.
(voluntas spūs) sc̄ sancti (exultat in his. filius exultat in his) quid dicā
p singula (celum repletur gaudijs)

¶ Te nunc redemptor quesumus. vt ipsorum consortio iun/
gas precantes seruulos in sempiterna secula.

(R)(redemptor q̄sumus te nūc) id est in p̄senti (vt iungas p̄cātes ser
uulos p̄sortio ip̄or) scz apostolor (in sempiterna secula) Amen.

¶ Sanctorum meritis inclita gaudia pangamus socij.
gestaq; fortia. nam gliscit animus promere cantibus
victorum genus optimum.

¶ In hoc hymno laudat autor deū in cōmemoratōne sanctor martyrū.
qr mundū cū pompis suis dimiserunt. vñ in terris laudanf z in celis ho
noranf Intendit itaq; rogare deum vt nos suos famulos iungat p̄sortio
sanctor martyrū. z hoc est qd dr (O) socij (pangam?) .i. cantem? (inclita
gaudia) id est p̄clara merita sanctor (z fortia gesta eor) id est facta (nam
animus gliscit) id est cupit vel gaudet (promere) id est laudare (cantib) id
est cū hymnis (optimū genus victor) id est martyrum

¶ Hi sunt quos retinens mundus inhorruit. ipsum nam ste
rili flore peraridum sprezuere penitus. teq; sequuti sunt rex
christe bone celitus

(H)(Hi sunt) martyres (quos mūdus retinēs) .i. seruans (inhorruit) .i.
odio habuit. nā ip̄i martyres (sprezuere) .i. sprezerunt (penitus ip̄m) scz

mundā (peraridū) id est valde aridum (flore sterili) id est infructuoso (z sequuti sunt. celitus) id est diuinitus te o christe bone

Hi p te furias atq; ferocia calcarūt hoim seuaq; verbera. cessit his lacerans fortiter vngula. nec carpsit penetralia

Hi) martyres (calcarunt) id est sustinuerunt (p te furias hoim) id ē insanias infideliū (atq;. verbera ferocia) id est crudelia (z seua). i. inuste illata. z (vngula) i. qō dā genus tormenti (cessit). i. locū dedit (his) martyrib; (lacerans) id est puniens p queuis tormenta (nec) pro et nō. z non (carpsit penetralia) martyr vel apostolor. id est nō fuerunt tracta vel diuisa eor viscera. z hoc virtute dei erat in eis

Ceduntur gladijs more bidentium. non murmur resonat. nec querimonia. sed corde tacito mens bene conscia conseruat patientiam.

Ipsi (cedunt) id est iugulant (gladijs) sc crudelib; (more bidentiū). i. consuetudine ouiū (murmur nō resonat). i. non audit (nec q̄rimonia). i. lamētatio (sz mens bene ꝓscia) id est boni meriti (ꝓseruat patientiā tacito corde) qz fortes patientes z firmi erant p fide christi in bello.

Que vox que poterit lingua retexere. que tu martyrib; munera preparas. rubri nam fluido sanguine. laureis ditantur bene fulgidis.

Et qz hec oīa p christi noīe patiebant. igit (q̄ vox q̄ lingua poterit retexere) id est dicere vel explicare) munera). i. dona (q̄ tu martyrib; ꝓparas. nā ipi rubri) id est rubei (sanguine fluido) id est fluente (ditant) id ē coronant (laureis) id est coronis (bene fulgidis

Te summa deitas supplices poscimus. vt culpas abluas noxia subtrabes. des pacem famulis. nobis quoq; gloriam per cuncta tibi secula Amen.

O (summa deitas) nos (supplices) id est humiles (poscimus te) id ē rogamus te (vt abluas) id est deleas (culpas nostras) id est peccata nostra. z (subtrahas noxia) id est tpa peccata a nobis (z des pacem famulis) tuis (quoq;) id est similiter nos oēs demus (gloriā tibi) id est ad honorem tui per cuncta secula Amen

Iste cōfessor domini sacratus. festa plebs cui us celebrat p orbē. hodie letus meruit secreta scandere celi.

Per totum annū ℣lv

¶ Materia huius hymni est. q̄ totis viribꝫ deū sūꝑ oīa laudare debem⁹ Intēdit etiā auctor in hoc hymno tractare de ascēsione illius ꝓfessoris in cuius memoria p̄sens hymnus totis laudibꝫ celebrat (Iste ꝓfessor dñi sacratus). i. ꝓsecratus a dño (letus). i. exultans (meruit hodie) id ē in hac die (scandere). i. ascendere (secreta celi) id est ad celos (cuius festa. plebs) sc̄e deuota (celebrat q̄ totum orbem)

¶ Qui pius prudens humilis pudicus sobrius castus fuit et quietus. vita dū p̄sens vegetauit eius corporis artus.

¶ (Qui) scz ꝓfessor (fuit castus) corpore ⁊ aīa (pius) id est sanctus (prudens). i. sapiens (humilis) in factis (pudicꝰ) in ꝓbis (sobriꝰ) in moribꝫ (⁊ q̄etus). i. tranquillus (dū). i. donec (vegetauit). i. nutriuit (artꝰ) id ē mēbra (corporis eius. p̄sens vita) id est quando erat in hoc seculo

¶ Ad sacrū cuius tumulū frequenter mēbra languentū morbo sanitati quolibet morbo fuerint grauata restituuntur

¶ (Ad cuius sacrū tumulū) scz ꝓfessoris (mēbra languentū) id est egrotantū (restituunt. mō) id est in p̄senti (sanitati) id est saluti (frequēter) id est sepe (quolibet morbo) id est a quacūq̄ infirmitate illa mēbra (fuerint grauata) id est oppressa.

¶ Unde nunc noster chorus in honore ip̄ius hymnū canit hunc libenter. vt p̄cis eius meritis iuuemur oīe per euum.

¶ (Unde nunc noster chorus) nostrꝫ fratrꝫ (canit hunc hymnū in honore ip̄ius) ꝓfessoris (libēter) id est voluntarie. ⁊ ad q̄d canamus (vt iuuemur p̄cis meritis) id est patrocinijs ⁊ orationibꝫ (eiꝰ) sc̄e ꝓfessoris (q̄ oīe euum) id est per cuncta secula Amen

¶ Sit laus illi decus atq̄ virtus. q̄ supra celi residens cacumen totius mundi machinā gubernat trinus ⁊ vnus Amen

¶ (Laus) id est gloria (decus) id est honor (atq̄ virtus sit illi) deo (q̄ residēs supra cacumē celi). i. supra celsitudinē (trinus) dico in p̄sonis (et vnus) in deitate substātie (gubernat machinā) id est fabricā (totiꝰ mūdi)

Ex glorioſe martyrū. corona confitentū. qui reſpuentes terrena perducis ad celeſtia

Materia huiꝰ hymni ē inuocare regē martyrꝫ vt dirigat ad nos aures sue clemētie si q̄d delinq̄mus ꝓpter merita sc̄oꝝ in q̄ꝝ cōmemoratōe p̄cis

Expositio hymnorū

hymnꝰ cātat. z nob parcere vel ignoscere dignet. z hoc ē qđ dr ℣ (glorio se rex) sc exñs (corona ꝓfitentiū) .i. ꝓfessor hominū (q̄ pducis respuētes) id est abiicientes (terrena ad celestia gaudia)

¶ Aurem benignam protinus appone nostris vocibus. tro phea sacra pangimus. ignosce quod delinquimus

¶ (Construe. sc tu rex (appone aurē benignā ptinus) .i. statim (nostris vocib) id est orationib (z ignosce quod delinquimus q̄ pangimus) id ē animus (sacra trophea) id est victoriam martyrum

¶ Tu vincis in martyribus. parcendo confessoribꝫ. tu vince nostra crimina donando indulgentiam.

(Tu vincis) sc seuitiā tyrānoꝝ (in martyribꝫ parcēdo ꝓfessoribꝫ) q̄ nō vis vt ꝑ martyriū finiant vitā suā (tu vince) id est destrue (nostra crimi/na donando nobis indulgentiā) q̄ tu nō vis morte peccatoꝝ ꝛc.

¶ Deus tuorū militū sors z corona premiū laudes canē tes martyris absolue nexu criminis

¶ (Deus) tu (sors) id est corona z ps (tuoꝝ militū) scz hereditas. vñ Dauid Dominus pars hereditatis mee (z tu premiū) q̄ tu fm meritū tribuis (absolue canētes laudes martyris nexu crimis) .i. laqueo peccatoꝝ

¶ Hic nempe mundi gaudia. z blandimenta noxia. caduca rite deputans peruenit ad celestia.

(Hic) martyr (deputans) id ē seruans (nempe) id ē certe (gaudia mū di z blandimenta) sc esse (noxia) id est mortifera. z (caduca) id est transi/toria (peruenit rite) id est recte (ad celestia) sc regna

¶ Penas cucurrit fortiter. z sustulit viriliter. pro te effun/dens sanguinem. eterna bona possidet.

(Ipse cucurrit fortiter) id est ꝓstans forti animo delectatōnes huius mundi transiuit (pro te) sc christo (z sustulit) id est sustinuit illas penas (viriliter effundens sanguinem) sc suū. z ideo (possidet eterna bona

¶ Ob hoc precatu supplices. te poscimus pijssime. in hoc tri umpho martyris. dimitte noxam seruulis

(Ob hoc) .i. ꝓpter hoc. q̄ pro te sanguinē fudit (o pijssime) sc pater. nos (supplices poscimus te) .i. p̄camur (p̄catu. dimitte noxam) .i. culpaꝝ (seruulis. in hoc triumpho) id est in hac victoria. martyris

¶ Laus et perhennis ꝛc.

Per totū annū ℞lus

Martyr dei qui vnicum patris sequendo filium. ve/
ctis triūphans hostibus victor fruens celestibus

Materia huius hymni est. vt relictis delectationib⁹ et vanitatibus huius seculi bona opera exercendo deum consequamur. O martyr dei qui s^c fuisti (victor hostib⁹) tu dico (triūphans sequēdo vnicū filiū patris) es modo (fruens bonis celestibus.

Qui precatus munere nostrum reatum dilue. arcens mali cō
tagium. vite remouens tedium

Et quia talibus bonis frueris (dilue) id est extingue (reatum) id est peccatum nostrum. tu dico (arcens contagium mali) id est diaboli (remouens tedium vite) scz famē sitim nuditatem frigus. scz nobis donando temporalia dissimiliter.

Soluta sunt iam vincula tui sacrati corporis. nos solue vin
culis seculi amore filij dei.

Et quia (vincula tui sacrati corporis iā soluta sunt) .i. a nexib⁹ huius seculi dissoluta sunt. tu es cum christo (soluenos a vinculis) id est absolue nos a peccatis tuis precibus tuis hoc (amore filij dei)
Presta pater pijssime tē.

Iesu corona virginum. quem mater illa concepit. que
sola virgo parturit hec vota clemens accipe

In hoc hymno laudat autor deum in commemoratione sanctarum virginum que donando fragilem sexum meruerunt scandere secreta celi Rogat itaq; et deprecatur deum vt nesciamus vulnera corruptionis. O (iesu corona virginum quem) scz te (mater illa) mirabilis (concepit) scz spiritusancto (que sola) mater inter alias (virgo pturit tu clemēs accipe) .i. suscipe (hec vota nostra) id est has preces

Qui pascis inter lilia septus choreis virginum sponsas de/
corans gloria sponsisq; reddens premia.

Tu (qui pascis) id est delectaris (inter lilia) id est bona opera (sept⁹) id est circūdatus (choreis) id est ordinibus virginum. et es (decorans) id est decorans (sponsas gloria et reddens sponsis premia)

Quocūq; pergis virgines sequūtur atq; laudibus post te ca
nentes cursitant hymnosq; dulces personant

Expositio hymnorum

(Quocunq;)id est ad quēcunq; locum (pergis) ille virgines sequuntur te (atq; canētes) .i. laudantes (cursitant) id est currunt (post te laudibus et ꝓsonant dulces hymnos) id est laudes suaues.

Te deprecamur largius. nostris adauge sensibus. nescire prorsus omnia corruptionis vulnera

Et quia virgines personant tibi laudes (precamur te adauge largius) id est augmenta amplius (nostris sensibus. ꝛ da prorsus) id est omnino nobis omnibus (nescire vulnera corruptionis)

Presta pater pijssime patriq; compar vnice cum spiritu paraclito in sempiterna secula Amen.

Virginis proles opifexq; matris virgo quē gessit peperitq; virgo. virginis festum canamus trophеum accipe votum.

Materia huius hymni est canere deo laudes et sequi vestigia eius Cōmemoratio sanctarū virginū agitur in isto hymno et hoc est qđ dicit (Q proles) id ē o fili marie virginis et o (opifex) .i. creator (matris quē) scz te (ꝙ go) maria (gessit) .i. portauit (cq̄) .per (ꝙ go) .s. maria (peperit) .i. parturit .nos (canimus festum virginis trophеum) id est victoriam. ideo (accipe) id est suscipe (votum) id est preces nostras

Hec tua virgo duplici beata sorte. dum gessit fragilez domare corporis sexum domuit cruentum corpore setum.

Nec tua virgo est beata duplici sorte) scz castitate ꝛ virginitate et martirio (dum gessit) id est laborauit (domare) id est macerare (fragilē sexū) id est delere naturam corporis. et illa (domuit) id est deuicit (cruentum) id est sanguinolentum. vel crudelem (setum) id est dyabolum corpore vt agatha ꝛc̄.

Unde nec mortem nec amica mortis seua penarum genera pauescens. sanguine fuso meruit secreta scandere celi.

Unde s^c quia domuit fragilem sexum id est corpus suum (nec) pro et non fuit (pauescens) id est timens (mortem. nec seua genera penarum) nec fuit (amica mortis) id est dyaboli vel peccati. et ideo (sanguine fuso) id est ꝑ summato martirio .ipa (meruit scandere secreta celi) .i. ad celos.

Huius obtentu deus alme nostris parce iam culpis. vicia remittēs. quo tibi puri resonemus almum pectoris hymnum.

Per totum annū ꝯ lui ſ

Ut q; meruit ſcandere celū o (alme de⁹ remittēs vicia) id eſt facinora (parce iam culpis) id ē peccatis (obtentu) id eſt prece vel oratione hu⁹ us virginis. (quo) pro vt. nos (puri) id eſt caſti (reſonemus tibi almum hymnum) id eſt canticum ſanctum ad honorem tui (pectoris) id eſt cor dis noſtri.

Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre ⁊ ſan ctoſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen.

V Rbs beata hieruſalem dicta pacis viſio. que con/ ſtruitur in celis viuis ex lapidibus et angelis coor/ nata vt ſponſata comite

¶ In hac commemoratione celeſtis hieruſalem autor laudat deum qui hoc ſacro templo infudit iugiter ſuam benedictionem. quapropter rogat deum. vt in hoc templo ſancto ſuo omnes promereamur acquirere eter/ na bona. et adepta cum ſuis ſanctis perenniter poſſidere (Hieruſalem beata vrbs) id eſt ciuitas celeſtis conſtituta vel conſtructa de animabus ſanctorū qui ſunt viui lapides (dicta) .i. interpretata (viſio pacis q̄ hieru ſalem (conſtruitur in celis ex viuis lapidibus) id eſt ſanctis animabꝰ ſan ctorum qui ſunt viui lapides. illa dico (coornata angelis vt ſpōſata com te) id eſt vt mulier ornata eſt viro id eſt ſponſo ita eccleſia chriſto

Nouа veniens e celo nuptiali thalamo. preparata vt ſponſa ta copuletur domino. platee et muri eius ex auro puriſſimo.

¶ (Iſta noua ſponſa) id eſt ſancta eccleſia (veniens e celo) id eſt cum ꝑ iſta dico (preparata nuptiali thalamo) id eſt virginali lecto. id eſt la uacro baptiſmatis (vt) pro ſicut (ſpōſata copuletur domino) id eſt conīū gatur (platee) id eſt minus perfecti (et muri) id ē ꝓdicatores (eiꝰ) ſc ſpō ſe ſicut (ex auro puriſſimo) id eſt ex ſplendore ſanctoꝝ. qui ſplendidi effici untur ſicut aurum puriſſimum

Tonſionibus preſſuris expoliti lapides ſuiſq; aptantur lo/ cis per manus artificis. diſponuntur permanſuri ſacris edi/ ficijs.

¶ Conſtrue) Lapides) id eſt ſancti martires (expoliti) id eſt apta/ ti ad edificandum (tonſionibus) id eſt percuſſionibus et afflicti (preſſu/ ris) id eſt tribulationibus. Sicut lapides in muro ſunt edificati. ita ani me ſanctorum ſunt ordinate in paradyſo (q̄) p et (aptantur) id ē ordinā tur vel diſponuntur (ſuis locis per manus artificis) id eſt per manus fi/ lij dei (lapides dico permanſuri dū ſacris edificijs) .i. celeſtibꝰ edificijs.

Expositio hymnorū

Porte nitent margaritis aditis patentibus et virtute meritorum illuc introducitur omnis qui pro christi nomine in hoc mundo premitur.

¶ (Porte) scz illius templi (nitent) id est splendent (margaritis) id est virtutibus (aditis) luminib⁹ (patentibus) id est apertis sacris templis. (et omnis) s⁹ christian⁹ (qui pro christi nomine premitur) id ē cruciatur (in hoc mundo) id est in presenti mūdo (introducitur illuc) id est in celestem hierusalem (virtute meritorum) id est bonorum operum scilicet dominorum suorum.

Angularis fundamentum lapis christus missus est qui cōpage parietis in vtroq; nectitur. quem sancta syon suscepit in quo credens permanet

¶ Christus dicitur lapis angularis qui a iudeis fuit reprobatus Unde dauid. Lapidem quem reprobauerunt edifi. tē. tamen duos populos in vnum coniunxit. scz iudaicum ⁊ gentilem qui christus id est dei filius. speculatur quotidie eternam beatitudinem summi regis id est dei patris (christus) scz fundamentum totius ecclesie missus a patre est factus lapis angularis. qui lapis (nectitur) id est coniūgitur (compage) id est coniunctione (parietis in vtroq;) id est in duobus populis. scz in iudaico et gentili (quem) scz christum (syon suscepit sancta) syon interpretatur ecclesia vel speculatio (in quo) scz christo vel ecclesia (credens) scz christianus qui credit (permanet) firmiter in fide sancte ecclesie

Omnis illa deo sacra et dilecta ciuitas plena modulis ⁊ laude et canore iubilo trinum deum vnicunq; cū fauore p̄dicat.

¶ Omnis illa ciuitas) id est ecclesia militans (deo) id est ad dei honorem (est sacra) id est sacrata (⁊ dilecta) id est amata a deo (et plena modulis) id est cantilenis angelorum in (laude dei et canore) in cantu vel canore (iubilo) id est dulci exultatione ¶ Jubilus est gaudium illud quod est interius in homine quod omnino non potest referri nec omnino tacetur pre animi exultatione. ⁊ sancta ecclesia (predicat trinum deum) scilicet in personis (vnicunq;) id est vnum in substātia. vel vnum quoq; (cum fauore predicat). i. cum prece

Hoc in templo summe deus exoratus adueni. et clementi bonitate precum vota suscipe. largam benedictionem hic infunde iugiter.

¶ (Summe de⁹ exorat⁹). s. a nob. i. tu dep̄cat⁹ (adueni) g grāz (i h̄ tēplo). ē

Per totū annū xlviij

ín ista eccleſia (z ſuſcipe vota p̄cantū) id ē p̄cū vel oratiōnū Iſtud íntrā/ ſitiue legiť z eſt ibi figura q̄d endiadís. q̄z fieri q̄ duo noīa ſubſtāti/ ua ſiť ponunťq; vnū illoz adiectiuať z altez remanet ſubſtantiu ū z̄ (cle menti bonitate). i. moderata tua p̄ce vel voce (infunde). i. immitte (iugi/ ter). i. penniter vel aſſidue (b̄dictō em largam) id eſt latam.

¶ Dic p̄omereantur oñes petita acquirere z adepta poſſi/ dere cum ſanctis perenniter. paradiſum íntroire traſlati ín requiem Amen.

(Hic) ſcz ín ſacra eccleſia. vel (hic). i. ín iſto loco (oēs) ſcz fideles hoíes (p̄mereanť). i. b̄n mereanť (acq̄rere petita) ſcz iuſta z ſancta (z adepta). i. illa petita obtenta (poſſidere penniter). i. ꝑpetue (cū ſanctis). i. cū bonis ers dum ſumus (traſlati in requiem). i. moꝛtui. s mereamur (íntroire paradiſum) id eſt regnum celoꝛum

¶ Corde natus ex parentis ante mundi exordium. al/ pha et o cognominatus. ipe fons z clauſula omniū que ſunt fuerunt queq; poſt futura ſunt ſeculoꝛ ſeculis

¶ Materia huius hymni eſt duplex natiuitas filij dei Una videlicz eterna qua erat genitus añ initiū mundi. z hoc ex corde ſui parētis Alia añt eſt chriſti natiuitas tēpoꝛalis. qua natiuitate filius dei erat natus ín tpe ex virgine maria. vt patz ín ſequenti verſu Et noīatur filius dei al/ pha z o. i. p̄ncipiū z finis. q̄z alpha eſt p̄ma lr̄a apud grecos. o ꝓ vltima ¶ Conſtrue. s filius dei eſt (natus ex corde parentis) ſcilicz ſui patris. et hoc (añ exordiū). i. initiū (mundi). i. ſeculi (z ip̄e) s chriſtus ē (cogno minatus) id eſt dictus (alpha). i. p̄ncipiū (z o) id eſt finis. z ip̄e ſcz filius dei eſt (fons). i. p̄ncipiū (z clauſula) id eſt finis oīm. s rez (q̄ ſunt) ſcz ín p̄ſenti. z (q̄ fuerūt poſt) id eſt ín p̄terito (z ſunt futura. z (hoc in ſeculis ſe culoꝛ) id eſt eternaliter

¶ O beatus partus ille virgo cum puerpera edidit noſtram ſalutē feta ſancto ſpiritu. et puer redemptoꝛ oꝛbis os ſacratū p̄totulit ſeculoꝛum ſeculis.

¶ Dic p̄ſequtur autoꝛ ſecām natiuitatem chriſti videlicet tempoꝛalē dicens (O beatus) id eſt ſanctus (ille partus) s eſt (cum virgo puerpe/ ra) id eſt impꝛegnata (edidit) id eſt peperit (noſtram ſalutem) id eſt filiū dei qui eſt noſtra ſalus. s ipa virgo (feta) id ē repleta (ſp̄ſancto. z puer) s qui eſt (redemptoꝛ) ſcz totius (oꝛbis) id eſt mūdi (p̄totulit ſacratum os) id eſt ſanctum. ſcz ín p̄dicando ſacram doctrinam iudeis ín templo

(seculoꝝ seculis) id est eternaliter.

¶ Psallat altitudo celi. psallant oñes angeli. quicquid ē virtutis vsq̄ psallat in laudem dei. nulla linguarum sileſcat vox et omnis consonet seculoꝝ seculis.

¶ Hic incitat oñes creaturas ad laudem dei. z ꝓmo celestes Et dr (altitudo celi) id est turba celestis (psallat) id est decantet natiuitatē xp̄i. et (omnes angeli psallant) id est laudent. z (quicquid virtutis est vsq̄) id est vbicunq̄ est aliqua virtus celestꝭ (psallat) id est iubilet (in laudē dei) et (nulla linguaꝝ sileſcat) id est taceat quin laudet deum (z ois vox) scz totius mundi (consonet) scilicz in laudem dei (seculoꝝ seculis) id est eternaliter.

¶ Ecce quem vates vetustis concinebant seculis. quem ꝓphetarum fideles pagine spoſponderāt. emicat ꝓmiſſus olim cuncta collaudent deum seculoꝝ seculis

¶ Hic incitat oēs vniuersaliter ad laudē dei dicens (Ecce ꝓmiſſus) id est ꝓphetiſatus scz filius dei (olim) id est dudum (emicat) id est ſplendet scz in natiuitate ſua (quem vates) id est ꝓphete (concinebant) id est ꝓphetabant (vetustis seculis) id est hominib⁹ qui tunc fuerunt. z (quem fideles pagine) id est ſcripture (prophetarum spoſponderant) id est ꝓmiſerant. z (cuncta) id est omnia (collaudent) id est ſimul laudēt (deum seculoꝝ seculis) id est eternaliter

¶ Te senes et te iuuentus. paruulorum te chorus turba martyrum virginumq̄ ſimplices puellule voce concordes pudicis ꝓſtrepent concentibus seculoꝝ seculis

¶ Hic incitat omnia genera hominum ad laudem' natiuitatꝭ christi dicens. O ſili dei (senes) sc laudāt te (z iuuentus) sc laudat te. z (chor⁹ turba paruulorum martyrū z virginū) laudat te (q̄) ꝓ et (simplices puellule) id ē virgines (voce ꝓcordes) id est concordiā habētes (ꝓſtrepēt) id ē laudēt te (pudicis ꝓcentib⁹) id est castis carminib⁹ (seculoꝝ seculis)

¶ Tibi christe sit cum patre agyoq̄ ſpiritu hymnus melos laus perennis gratiarum actio bonor virtus victoria regnū eternaliter seculoꝝ seculis. Amen.

¶ Hic refert gratiarum actiones deo in persona trinitatis. dicens. O (christe. tibi sit hymn⁹). i. laus dei. z (melos). i. dulcis cant⁹. z (gen⁹

nis laus) sc̄ sit tibi. z (actio gratiaꝝ) sit tibi (cū agioꝝ spiritu) .i. sancto spiritu (honor virtus z victoria z regnū) sit tibi (eternaliter) scz viuenti bus in secula seculoꝝ. ¶ Nota q melos est dulcis cantus. z dicitur a mel quod est dulce. z odos cantus. quasi dulcis cantus

Festum nunc celebre. magnaq gaudia compellunt animos carmina promere. cum christus solium scan dit ad arduum celorum pius arbiter.

¶ Materia huius hymni est laudatio dei in ascensione eius Primo em̄ dr hoc festū esse laudabile Secdo dirigit sermonē suū ad beatā trinita tem rogando vt dirigat gressus nostros ad salutē eternā Ultimo etiam ostendit qualiter in die nouissima sit reuersurus manifestare occulta pec cata. dicens primo sic (Festū celebre) .i. solēne. est (nunc) .i. pñs vel instans (q̄) p et (magna gaudia) scz istius festi (cōpellunt) .i. cogunt (animos) scz nostros (promere) id est cantare (carmina) .i. laudes (cū) id est qñ (chri stus. pius arbiter) .i. misericors z mansuetus iudex (scandit) .i. ascendit (ad arduū solū) id est thronū (celorum) id est regni sui

Conscendit iubilans letus ad ethera. sanctorum populus predicat inclitum. concinit pariter angelicus chorus victoris boni gloriam.

¶ Hic autor ostendit q dominus noster ihesus christus lete ascendit in celum. z secum duxit multos angelos decantantes gloriam z honorē deo. dicens. sc̄ christus (ascendit) id est simul cū multis aliis ascendit (iu bilans) id est gaudens. z (letus) .i. hilaris (ad ethera) id est ad celos. z (populus sanctorum) id est turba celestis (p̄dicat) id est clamat. sc̄ chri stum esse' inclitū) id est valde glorioſum. z (angelicus chorus) id est an geloꝝ congregatio (concinit) id est cantat (pariter) .i. simul (gloriā boni victo ris) id est christi. ¶ Nota differunt aer z ether. vt patet in hoc versi culo Aera dic nostrum. sed dicas ethera summū

Qui scandens superos vincula vinxerat. donans terrige nis munera plurima. districtus rediens arbiter omniuꝝ. qui mitis modo transiit

¶ Materia huiꝰ versiculi est. q ascēdit ethera ligauit dyabolū vinculis fortissimis in inferno z dedit hominib⁹ plura munera. z transiens mitis et piꝰ de hoc mundo rigidus iudex reuertet Et dr (qui) sc̄ christꝰ (scan dens) .i. ascendens (superos) id est supra celos (vinxerat vincula) id est li gauit dyabolū in inferno. z sc̄ ipe christus est (donans) id est retribuens (terrigenis) id est hoib⁹ in terra habitantib⁹ (plurima munera) .i. dona

(rediens).i.reuertens (districtus)id est rigidus (arbiter).i.iudex hoim q nūc de isto mundo (mittis).i.misericorditer (transyr) id est rec.sit.

¶ Oramus domine conditor inclite deuotos famulos respice protegens ne nos liuor edax demonis obruat demergat vt in inferos.

¶ Hic deprecamur christū vt suos famulos pserret ne liuor vel inuidia siue odiū demonis eos demergat in infernū dicens O (inclite dñe cōditor).i.gloriose factor z creator.nos (oramus) .i.rogamus (respice protegens)id est defendens (deuotos famulos)scz tuos (ne edax liuor)id est horribilis ira (demonis) .i.dyaboli (nos obruat) .i.rapiat vel circumueniat (vel demergat in inferos).i.in inferna ¶ Nota edax est nomē verbale z venit a verbo edo.z notat assiduitatē sicut omnia noīa in ax. vnde edax est odium assidue vorans

¶ Ut cum flammiuoma nube reuerteris occulta hominum pandere iudicans ne des supplicia horrida noxijs sed iustis bona premia.

¶ Hic autor ostendit qualiter christus reuersurus ē in nouissimo die manifestare occulta peccata hoim.z ergo rogemus vt qñ tempus iudicij aduenerit ne horrida supplicia nobis donet.scz vitā eternā ¶ Construe s^c nos oramus (vt cū reuerteris nube flāmiuoma) id est splendida nube (iudicans pandere).i.manifestare (occulta hoim).i.secreta (ne des)id est inferes (horrida supplicia)id est horribiles penas (noxijs)id est peccatoribus (sed iustis bona pmia) scz dona.

¶ Presta hoc genitor optime maxime hoc tu nate dei et bone spiritus regnans perpetuo fulgida trinitas per cuncta pie secula Amen.

¶ Hic dirigit sermonem suum ad trinitatē dicens.o (optime genitor presta).i.pcede (hoc)scz ne damnemur.z o (maxime nate dei).i.fili dei.z (bone spūs)s^c da ne dānemur.z o (fulgida trinitas regnans) id est gubernans (ppetuo)id est in euum.z (p cuncta secula)id est eternaliter

Ut porta christi pernia referta plena gratia.transitq; rex et permanet clausa vt fuit p secula

Materia huius hymni beate marie dei genitricis pconia ptinet solatiū spem z refugiū ab ea nobis illatū p hoc q digna est fieri mater dei .atq; absolutōnem crūminū z peccatorū nostrorū .ptinet etiā q̄liter beate marie accessit summū z maximū gaudiū in pgenerando christū dei filium pter

benemeritū. gratiaꝝ em̄ ꝛ bonoꝝ operum ꝛ virtutū ꝓmium est honor. (Porta christi) scz maria. merito dico porta ab effectu. qz p eā salus hu/mano generi allata est (referta plena gratia). i. repleta gratia diuine boni/tatis (sit perula). i. penetrabilis (cz) p er (rex). i. christus (transit) scz per portā via generatōis vel incarnatōis. ꝛ dico porta (ꝑmanet clausa) id est incorrupta (vt fuit p secula). i. ab eterno virgo ad generandū ꝛ ꝓcipien/dū iesum christū deputata fuit ꝛ creata.

¶ Genus superni luminis. processit aula virginis. sponsus redemptor conditor sue gigas ecclesie

¶ Quis aūr ille sit rex respondet (genus). i. genitus vel ꝓles (supni lu/minis). i. altissimi patris (ꝓcessit). i. exiuit (aula). i. ex vtero (v̄ginis) scz marie. scz opatōe sp̄ussancti. s. rex exn̄s (sponsus). i. amator fidelis (sue ec clesie) qz sempiterna inter eū ꝛ nos ē vnio. quēadmodū inter ꝓiuges. s. christus ē (redēptor). i. liberator. ꝛ (ꝓditor). i. creator. ꝛ s. est (gigas). i. fortis athleta ꝛ bellator. ecclesiā suā. cui⁹ sponsus ē. defendēdo ab insidijs dyaboli ꝛ tyrannorum

¶ Honor matris ꝛ gaudium. immensa spes credentiū. per atra mortis pocula resoluit nostra crimina

Ex ideo o rex redēptor oīm. s. exn̄s (honor matris). s. marie. q̄ meruit portare te ex humilitate (ꝛ gaudiū) suū rpale ex angelica salutatōe. tū eter nale ex summi boni. qđ filiꝰ ē. ꝓfruitōe (spes imensa). i. magna (credētiū) in christū (resoluit). i. deleuit ꝛ abstulit (nostra crimia). i. peccata (p atra) id est amara (pocula). i. p potū ꝛ gustū (mortis) scz sue crudelissime

¶ Deo patri sit gloria eiusꝫ soli filio cum spiritu paraclito et nunc et in perpetuum. Amen.

Ne ergo būficioꝝ sim⁹ ingrati ꝛ immemores (gloria). i. laus honor ꝛ re/uerētia (sit deo patri) cui nihil deest. qz ē oīpotēs (cz) p er (soli filio ei⁹). s. dño iesu xp̄o ꝓcepto ꝛ genito ī tpe a v̄gine maria (cū sp̄u paraclito). i. ꝓso latore ab ābob⁹ ꝓcedēte (nūc). i. i hac vita (ꝛ ī ꝑpetu ū). i. i eterna patria.

¶ Pangelingua gloriosi corporis mysterium m sangui/nisꝫ pretiosi quem in mundi pretium fructus ven/tris generosi rex effudit gentium.

Materia hui⁹ hymni est de laude ꝛ de veneratōe venerabilissimi sa/cramēti eucharistie. qđ inter cetera sacramēta excellētissimū existit ex pre rei ꝓtente. ꝓtinet em̄ vex corpus ꝛ sanguinem dñi nostri iesu christi qui

Expositio hymnoꝝ

ꝓ nobis ꝛ nostra salute effusus est ¶ Cōstrue ℔ (lingua) sc̄ humana (pā ge) id est canta (mysteriū) .i. secretū diuinū siue pfiguratū (glorioſi coꝛpo ris) scz christi (cz) .p er (sanguinis pciosi) .i. dignissimi (quē) scz sanguinē (reꝛ gentiū) scz christꝰ. exīs (fructus generosi ventris) scz charissime vir ginis marie (effudit in pciū) id est in redemptōem (mundi) id est oꝛbis.

¶ Nobis natus nobis datus ex intacta virgine. ꝛ in mundo conuersatus sparso verbi semine. sui moꝛas incolatus miro clausit oꝛdine.

Hic recōmendat christū de sua generatōe tpali atcz eius ꝙuersatiōe. necnō de sanctissima pdicatōe Et dr. sc̄ christus filiꝰ dei (natꝰ) ē (nobis) scz in redēptōem nostrā. ꝛ (datꝰ) est (nobis) sc̄ in salutē nostrā. ꝛ hoc (ex intacta ꝓgine) .i. ex castissima ꝓgine maria (ꝛ ꝙuersatꝰ) .i. ambulauit (in mūdo) scz trigīta tribꝰ annis (sparso) id est dilatato (semine verbi) scz pdicando (ꝛ clausit miro oꝛdine moꝛas) id est tpa (sui incolatus) id ē sue habitatōnis in hoc mundo ꝛc̄.

¶ In supreme nocte cene recumbens cum fratribus. obseꝛ/uata lege plene cibis in legalibus. cibum turbe duodene se dat suis manibus

Hic autoꝛ ponit institutōem huiꝰ dignissimi sacramēti. ꝛ qñ fuit instiꝛ tutū ꝛ qualiter Et sic exponit. sc̄ xps (recūbēs) .i. comedēs (cū fratribꝰ) id est cū sanctis apostolis suis (in nocte supme cene) .i. vltime cene (obseꝛ uata lege) scz veteri moysaica (plene) .i. pfecte (in cibis legalibꝰ) .i. in veteꝛi lege deputatꝫ. vt scribit in leuitico (dat se) .i. seipm (suis manibꝰ cibum turbe duodene) .i. duodecim apostolis. ꝛ hoc inchoando nouū testamē/tum Oꝛ q notari pt q iudas etiā sumpsit veꝝ coꝛpꝰ xpi de sacratissimis manibꝰ suis cꝰtus in sui pditōem Vñ dr beatꝰ Augꝰ. q xps qñ dedit scm coꝛpus suū in cena cū alijs suis discipulis etiā dedit iude. vt mobs exem/plū daret q peccatoꝛibꝰ occultis nō essent sacramēta denegāda. ꝛ iō etiaꝫ nō denegauit sibi. vt oēm occasionē malefaciendi ab eo auferret. quā assū mere poꝛuisset si in aliquo ab alijs discipulis fuisset discretus ante aptaꝫ maliciā Et hoc habet in canone. sicut iudas. de ꝙse. dist. ij.

¶ Uerbum caro panem verum verbo carnem efficit. fitcz sanguis christi merum. et si sensus deficit. ad firmandum coꝛ sincerum sola fides sufficit.

Hic autoꝛ ponit modū quo christus hoc excellentissimū sacramentū instituit Unde materia huius sacramenti est panis ꝛ vinum Foꝛma ve/

ro verboꝝ est Hoc ē em corpus meū Vlterius ōr. et si res huius sacra/
menti ad sensum videri nō possit. sufficit tū fides Dicit nāq Gregoriꝰ.
Crede z māducasti Cōstrue (verbū). i. filiꝰ dei (caro) sc factū (efficit)
id ē facit (vez panē) scz ipius hostie (carnē). i. corpꝰ (ꝟbo) . i. forma ꝟbo
rū ad ꝓsecratōez deputatoꝝ (qz). p et (merū). i. vinū (fit sanguis christi)
(et si sensus deficit) id est experimentuz sensuale. tū (sola fides sufficit ad
firmandū coꝝ sincerū) id est clarū z purū q ō sine oīi erroꝛe credit

¶ Tantum ergo sacramentum veneremur cernui. et anti/
quum documentum nouo cedat ritui. prestet fides supplemē
tum sensuum defectui.

